

tur expectandum à iudicibus? Ego contra, tento qua ratione causa maneat in secretiore consilio: & hac de causa per octo menses integros sequor aulam. Tandem Dominus mei misertus, Regis animū ad me flexit, eiusque secretius consilium mihi reconciliauit, vt se quoque nonnulli ad clementiā verterent, quos mihi infensissimos reddiderant boni illi Patres. Apud Segusianos enim sub Regis discessum, cum proficisceretur Taurinum, literas ad eos accipio à Rege, ex secretioris consilij sententia & decreto, cui interfuerant summi ex proceribus, & inter eos nonnulli, quorum fauore multum Sorbona ipsa fidebat, in hæc verba,

Nous vous mandons & ordonnons que sans auoir esgard aux lettres dernièrement obtenues de nous, pour communiquer vos censures aux gens de la chambre establie sur le faict des heresies, en nostre Court de parlemēt à Paris, vo^r ayez à bailler & deliurer prōptement les césures que voi rez & cognoistrez estre requises sur les Bibles & autres liures de theologie par luy imprimez. Et la dessus de-